

Plp 62 - 2 II

4. 12

*Aristoteles de anima*

II

1888



Postquam Phil. determinavit de visibilibus, Lectio XVI  
hic determinat de ~~de~~ auditibilibus, id est de  
sono. 419 b. 4

Postquam Phil. determinavit Lectio XVII  
de generatione soni, hic determinat  
de immutatione soni sensus a  
sono. 419 b. 33

Ἐξ ἑνὸς ἀέρος est, cuius una pars non 420 a  
supereminet alteri; asperum autem,  
cuius una pars alicui supereminet.

οὐ γὰρ πᾶσι ... Quia animalium non habet 420 a 6  
in qualibet sui parte aerem, ut quaelibet  
pars eius possit esse movenda a sono.

Ἐκκεῖται δὲ ὁ ἀέρας: est aedificatus, id est 420 a 9  
firmiter dispositus

Postquam Phil. determinavit de sono, Lectio XVIII  
hic determinat de voce, quae est species  
soni. 420 b 5

Ἀποδεικνύεται Manifestum est, quod in 420 b 8  
corporibus inanimatis e simplici percussione  
causatur sonus; unde, cum percussio  
statim transeat, sonus etiam cito transit  
et non continuatur.

420 b 8

ἡδός idest consonantia. Sonus enim corporis inanimati, cum ex simplici percussione proveniat, uniformis est, non habens in se diversitatem gravis et acuti, unde in eo non est consonantia, quae ex eorum proportione causatur.

420 b 8

ἰσότητος = locutio, id est interpretatio sonorum ad similitudinem locutionis

420 b. 20

ἔνεκεν τοῦ εἶναι : ad bene esse

420 b 21

ἢ ἰσότητος in libro de respiratione et expiratione

Lectus XIX.

Porroquam Ph. determinavit de visibili et audibili, unum tertio determinat de odorabili.

421 a 7

Lectus XX.

421 b 9.

Porro Ph. determinavit de odorabili, hic determinat de circumstantione odoratus ab ipso. Et primum quantum ad unum, secundum quantum ad organum sensus.

421 b 10

τὰ ἕρυσσα = animalia aquatica

421 b 24

asphaltum = quaedam confectus et succis herbarum

422 a 6

ἰσότητος Determinat de instrumentis

Alpharabius et dicit, quod odor fundatur  
 in sicco, sicut sapor in humido. Organum  
 autem odoratus oportet esse in potentia  
 ad odorem et ad siccum, sicut orga-  
 num visus est in potentia ad calores  
 et ad lucem.

... Philosophi postquam determinavit Lectio XXI  
 de visibili et audibili et olfactibili, 422 a 8  
 hic quarto determinat de gustabili.

Et dividitur in partes duas. In prima  
 determinat de gustabili in communi,  
 in secunda de speciebus gustabilibus  
 id est saporis, ibi, species autem 422 b 10

... *ἴσχυρ ἡς ἔστι* Quod autem gustabile 422 a 11  
 sit quoddam tangibile, ostendit per  
 hoc, quod humor, id est sapor, qui est  
 gustabile, radicatur in humido sicut  
 in materia propria. . . . Manifestum est  
 autem, quod sapor, qui est objectum  
 gustus, non est aliqua qualitas de  
 qualitatibus simplicium corporum,  
 ex quibus animal constituitur, quae  
 sunt propriae objectis sensus tactus;

sed causatur ab eis et fundatur  
in aliquo eorum, sicut in materia,  
scilicet in humo humido.

422b 34. *2. requisitor 2. ps.* ... necesse est, quod organum gustus, in quantum est iam passivum, sit humectatum; et tamen salvatur in sua natura, ut sit gustativum, id est potens gustare, cum possibile est humectari, non tamen est humectatum actu. *Naturalis 420 a 13 Sic reg. 8. h. 103*

Lectio XXII. ... Philosophus ... hic determinat <sup>ultimus</sup> de  
422b 16 sensibili secundum tactum; quia tactus inter alios sensus videtur esse minus spiritualis, licet sit omnium aliorum sensuum fundamentum.

Lectio XXIII. Ostendit, quod in sensu tactus  
423a 22 requiritur medium connaturale, hic inquirat phil. utrum requiratur in eo medium extraneum. Primum ostendit, quod tactus non fit sine medio extraneo; secundo ostendit in quo differant tactus, est gustus ab aliis sensibus, qui per medium extraneum sentiunt, ibi  
utrum igitur 423b

Postquam Phil in parte praecedenti Lectis XXIV  
 determinavit de sensibus secundum 424 a 17  
 unumquemque sensum, hic determina-  
 vat de sensu. Et circa hoc tria  
 facit. Primo ostendit quid sit sensus; - 424 a 28  
 secundo concludit solutionem quorundam  
 quaedam quaestionum ex definitione sensus  
 posita - 424 b 3; Tertio movet quaedam  
 dubitationes circa passionem a  
 sensibilibus.

Dicit, quod primum sensitivum, 424 a 24  
 idest primum organum sensus est  
 in quo est potentia huiusmodi, quae  
 scilicet est susceptiva specierum  
 sine materia. Organum enim sensus,  
 cum potentia ipsa, utpote oculus,  
 est idem subiecto, sed esse aliud  
 est, quia ratione differt potentia  
 a corpore. Potentia enim est quasi  
 forma animi; ut ex supra traditum  
 est. Et ides subdit, quod, magnitudo  
 idest organum operum est  
 quod sensum patitur, idest, quod est

susceptivum sensus, sicut materia  
formae. Non tamen est eadem  
ratio magnitudinis et sensitivi  
sive sensus, sed sensus est quae-  
dam ratio, id est proportio et  
forma et potentia illius, scilicet  
magnitudinis.

Ergo argueremur in II Buch.

424b14 Antiqua: Ergo ne et illa faciunt? Sed non  
omne corpus passivum ab odore et sensu, et pa-  
tientia indeterminata, et quae non manent ut aer.  
Foetel sicut patiens aliquid. — Quid igitur  
est odorare propter pati aliquid? Et odorare  
sentire est. Aer (est) autem patiens hoc  
max sensibilis fit.

Revers: Num igitur et illa? Sane non  
omne corpus ab odore pati sensuque potest,  
et ea quae patiuntur, limitari nequeunt,  
neque perstant ut aer: olet enim tanquam  
aliquid papus. Quid igitur aliud est olfacere  
propterquam pati aliquid? Et enim olfacere  
quidem sentire est; aer autem papus  
cito sensibilis fit.

Thomas: Ostendit etiam, quod alia sensibilia agunt in quardam res inanimatas, licet non in omnes; dicens, ergo nec et ille sc. sensibilis alia, faciunt aliquem effectum et olportum, in res inanimatas?

Quasi dicitur sic. Sed tamen non omne corpus passivum est ab odore et sono, sicut omne corpus passivum est a calore et frigore; sed ab istis sensibilibus possunt pati sola corpora indeterminate, et quae non manent, ut aer et aqua, quae sunt humida, et non bene determinabilia terminis propriis. Et quod aer patitur pati ob odore, manifestum est, quia aer foetet sicut aliquid patiens ab odore.

Ratio autem huius diversitatis est, quia qualitates tangibiles sunt causae aliorum sensibilium, et ideo habent plus de virtute activa et possunt agere in quaecumque corpore. Sed alia sensibilia, quae habent minus de virtute activa, non possunt agere

opinio, (quod necesse est penetrare, et  
phantasia est opinio,) cognitur quod  
eadem apparuit ut vera et falsa.  
Sed oportet, si vera falsa facta est  
et non sit vera, quod res, transuen-  
dens, id est transmittata ab eo quod  
prius erat, lateat opinantem, quia  
si non lateat eum, simul cum  
veritate rei veritate opinio  
et non esset eius opinio falsa. Hoc  
autem adinvenit ad exponendum  
quod prius dixerat de salvatione  
rei. Concludit ergo . . . sc.

Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

Ad. 426. b. 7

46

Vel. translatio: Unde et delectabilia  
quidem sunt, dum dicuntur siue vera  
et impermixta ac intente ad rationem  
ut acutum aut dulces aut salinum. Delectabilia  
enim tunc. Omnino autem magis,  
quod virtutum est, symphonia est, quam  
acutum et grave. Tactus autem calefac-  
tibile et frigificabile, sed sensus ratio  
est. Excellentia autem contrahunt  
aut corrumpant.

Thomas interpres

... Sed si plura sensibilia deducuntur  
ad proportionatam virtutem, efficiuntur  
tunc delectabilia, sicut in vaporibus,  
quando aliquid ad debitam propor-  
tionem est aut acutum aut grave  
dulce aut salinum; tunc enim  
sunt omnino delectabilia. Et omne  
quod est virtutum, est magis delectabile,  
quam quod est simplex, sicut symphonia,  
quam vix acuta tantum vel gravis tantum.  
Et in tactu, quod est compositum et calefac-  
tibile et frigificabile. Sensus enim  
delectatur in proportionatis sicut  
in sibi similibus eo quod sensus est  
proportio quaedam. Et.

Ad 4<sup>o</sup> 286. 4 οψηφαισε ο ερ η'ου

Antiqua: Accidit igitur aut  
obicere sui ipsius veram opinionem  
quam habebat salva re non  
oblita neque decreditam,  
aut si addeat, eandem necesse  
est veram et falsam esse. Sed  
falsa facta est, cum lateat trans-  
cendens res. Non ergo unum  
aliquid horum est neque ex his  
phantasia.

Thomae interpretatis:

Contingit aliquando, quod aliqua  
falsa appareat secundum phantasia-  
nam quae est a sensu; et de illis  
et de iisdem rebus homo habet  
veram opinionem. (exempli gratia  
sol) Si enim apparitis (solem non  
excedere quantitatem unius pedis)  
ipsa falsa est, ut idem quod opinio  
cum sensu, oportet alterum duo-  
rum dicere: Quorum unum est  
quod in ista compositione opinio-  
nis ad sensum, aliquis obiciat  
veram opinionem quam prius habe-  
bat re opinata, salva; it est  
eodem modo manente; et ille qui  
obicit opinionem, non sit oblitus, neque  
decreditus. Quod est impossibile; tamen  
contingent in propriis... 2.) Aliud  
autem, quod oportet dicere, si primum  
non dicatur, est, quod aliquis retineat  
cum falsa opinione, veram opinio-  
nem. Et sic, si ipsa apparitis est ipsa

visi in corpora vane passibilia.  
Et similis est etiam ratio est  
de luce corporum caelestium,  
quae alterant inferiora corpora.

Solvit rationem (τὸ ἄνθρωπον ἰδόντα)  
supra positam, dicens, quod si aliquis  
patitur ab odore, quod non odorat,  
quid est odorare, nisi pati aliquis  
ab odore? Et respondet, quod odorare  
est sic aliquis pati ab odore, quod  
sentiat odorem. Sed autem non  
sic patitur, ut sentiat, quia non  
habet potentiam sensitivam, sed  
sic patitur, ut sit sensibilis, inquan-  
tum scilicet est medium in se.

## Liber Tertius

Lectio I.

Ex hinc Aristoteles ad inquirendum  
de intellectu accedit. Fuerunt  
enim aliqui, qui posuerunt  
sensum et intellectum esse  
idem. Manifestum est autem,

quod intellectus non est aliquis  
 de sensibus exterioribus, de quibus  
 iam dictum est, et eo quod non  
 coarctatur (coactatur) ad unum  
 genus sensibilem cognoscendum:  
 unde vertat inquisitionis, utrum in  
 parte sensitiva sit aliqua alia potentia  
 cognoscitiva, ut ex hoc possit accipi,  
 utrum intellectus sit aliquis modus  
 sensus

Dicit, quod organa sentiendi nata 425a 3  
 sunt comitari ex solis duobus simplicium  
 corporum, scilicet ex aere et aqua, quae ita  
 sunt magis passibilia.

Concludit, quod nullus sensus 425a 11  
 deficit nobis, nisi aliquis dicere  
 velit, quod sit aliquod corpus elemen-  
 tare praeter quatuor elementa, et quod  
 sunt aliae passiones, quae possunt  
 tactu discerni, quae sunt aliquorum  
 corporum hic existentium, et nobis  
 notorum. Et hoc videtur incon-  
 veniens. Unde relinquatur, quod sunt  
 quinque sensus tantum, qui a nobis habentur,

425a 14

Quidquid cognoscitur ab uno sensu ut proprium sensibile eius, non cognoscitur ab aliis sensibus nisi per accidens, sed sensibilia communia non sentiuntur per accidens ab aliquo sensu, sed per se a pluribus. Sensibilia igitur communia non sunt proprie objecta alicuius sensus.

425a 16H

Probat, quod ista sensibilia communia sentiuntur per se, et non secundum accidens. Quocumque enim sentiuntur per hoc, quod immutant sensum, sentiuntur per se et non ~~per~~ <sup>secundum</sup> accidens. Nam hoc est per se sentire, pati aliquid a sensibilibus. Sed omnia haec sensibilia per immutationem quandam sentiuntur. Et hoc est, quod dicit, quod haec omnia sentiuntur motu, id est quadam immutatione.

425a 27H

Ad Ostendit, quod si sentiuntur proprie ab aliquo sensu, quod essent sensibilia per accidens. Et hoc est, quod dicit, quod sic est de sensibilibus.

libus communibus, si essent  
 propria objecta alicuius sensus,  
 sicut nunc est, quod visu sentimus  
 dulce. Hoc enim est, quia nos habemus  
 sensum utriusque, scilicet albi et  
 dulcis. Et ideo, quando coincidunt  
 in unum, illud quod est unius  
 sensus, per se cognoscitur ab illo  
 sensu, per accidens autem ab alio.  
 Ideo videns <sup>albi</sup> dulce per se, videmus  
 album per dulce per accidens.

Si autem non sit sensibile proprie  
 ab aliquo sensu, <sup>o sensu</sup> nunquam hoc erit,  
 quod sentiat per accidens ab  
 aliquo alio sensu et coincidentia  
 duorum sensuum vel sensibilium  
 in idem, sed omnino secundum  
 accidens sensibile est, ut supra  
 dictum est: sicut filium Cleonis  
 secundum accidens sentimus,  
 non quia filius Cleonis est, sed  
 quia albus, cui accidit esse filium  
 Cleonis.

425a 27

Communia sensibilia communiter  
sentiantur a diversis sensibus per  
se et non secundum accidens

Lectio II.

426a 425b.12

Postquam Philosophus ostendit,  
quod non sit alius sensus proprius  
praeter quinque, procedit ad inquiren-  
dum, utrum sit aliqua potentia sen-  
sitiva communis his quinque sensibus.

426c 27

San Thomas Aquinas

Demonstrat ex praemissis solutionem alte-  
rius quaestionis, quare scilicet quaedam  
sensibilia corrumpant sensum et quae-  
dam delectent.

Lectio III.

426b & ff

Procepit Philosophus ad investigan-  
dum sensum communem ex hac operatione,  
qua sentimus nos videre et audire.  
Ex hac autem operatione ad hoc de-  
ventum est, quod potentia visiva  
sentit visione; alio tamen modo quae  
sentiat sensibile exterius; sed  
non solum habetur, quod potentia  
indicativa de actibus sensuum  
sit una et communis. Et ideo

procedit ulterius ad investigandum  
 huiusmodi veritatem per aliam opera-  
 tionem, quae ostendit unam esse  
 potentiam communem, habentem  
 se quodammodo ad omnes quinque  
 sensus, et haec operatio est discernere  
 sensibilia ab invicem.

Porro quae P. ostendit, quod dicitur Lectus IV,  
 operationes, de quibus dubium videbatur  
 407a 17 batur, percipere se. actus sensuum  
 propriorum et discernere inter  
 sensibilia diversorum sensuum,  
 non excedunt facultatem principii  
 sensitivi, unde vult inquirere,  
 utrum sapere et intelligere ex-  
 cedant facultatem principii

Circa contraria eodem modo  
 se habet homo ad cognitionem et de-  
 ceptionem, quia, qui cognoscit unum  
 contrarium, cognoscit et aliud et  
 qui errat in uno, errat in alio.  
 Et hoc est quod dicit, quod scientia  
 et deceptio videtur eadem esse contra-  
 riorum.

427b.5

κρίσις <sup>veritas</sup> φρονεῖν = sapere  
νοεῖν intelligere

427b. 16 ἐπιδύψις = <sup>vel</sup> opinio = <sup>recess</sup> adsumptio = <sup>Ph</sup> opinio

427b 14 ff

Lectio V

427b 27

Ita videtur se habere phantasia ad sensum, sicut opinio ad intellectum. Postquam Ph. ostendit, quod phantasia non est opinio, incipit inquirere quid sit.

ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν ἐπιδύψις  
φαντασία ἐπιδύψις νοεῖν

Nel Thomas schreibt ἐπιδύψις γινώσκον.

428a 44

= sensus opinio, scientia, intellectus.

vulgariter Thomas

Lectio VI

428b 10 ff

Postquam Ph. ostendit, quod phantasia non est aliquod illorum quattuor, quae ab antiquis ad cognitionem pertinere ponebantur, hic inquireit, quid sit phantasia.

428b 26 f.

Motus autem phantasiae, qui est factus ab actu sensus, differt ab istis tribus sensibus, id est ab actibus sensus, sicut effectus differt a causa.

Postquam Philoſophus determinavit Lectus VIII.  
de parte animae ſenſitiva, et ostendit  
etiam quod ſentire et intellegere  
non ſunt idem, hic incipit determinare  
de parte animae intellectiva.

Articulus: Quare neque ipſius eſſe naturam  
neque unam, niſi haec quod poſſibilis ſit. 429a 24

Reſponſum Quo fit, ut neque alia ſit ipſius  
natura niſi ea ſolum, quae poſſibilis eſt.

Thomas ostendit quod intellectus non  
habet organum corporale. Concludit  
item ex hoc, quod non contingit  
naturam intellectus eſſe, neque unam,  
id eſt nullam determinatam, ſed  
haec ſolum naturam habet, quod  
eſt poſſibilis reſpectu omnium. Et  
hoc quidem contingit intellectui,  
quia non eſt cognitio tantum  
unius generis ſenſibilium, ſicut  
visus et auditus vel omnium quali-  
tatum et accidentium ſenſibilium  
communium vel propriorum, ſed  
universaliter totius naturae ſenſibilis.

X

Unde sicut visus caret quodam  
genere sensibilium, ita oportet  
ut intellectus caret toto na-  
tura sensibilium.

Lectio VIII. Porquam Ph. determinavit  
429b5ff. de intellectu possibili, qui est in  
potentia ad intelligibilia, hic  
ostendit, quomodo reducatur in  
actum.

429b5ff. Dicitur est, quod anima intel-  
lectiva non est actu ipsae speciei,  
sed in potentia tantum. Cum  
autem sic fiat singula, id est  
sic reducatur in actum specierum  
intelligibilium, quemadmodum  
sciens, id est habens scientiae  
habitudinem, habet species in actu,  
et tunc dicitur intellectus, qui  
est secundum actum.

Lectio IX. Porquam ostendit Philo-  
sophus naturam  
intellectus possibilis, et obiectum  
eius, hic movet quasdam dubita-  
tiones circa praedeterminata.

Postquam philosoph. determinavit Lectus X  
de intellectu possibili, unum deter. 430a 10ff  
minat de intellectu agente.

Tres ponit condiciones intellectus 430a 19.  
in actu, per quas differt ab intellectu  
possibili.

Ponit condiciones totius 430a 22.  
intellectus partis. Sicut, quod  
solus intellectus separatus est hoc,  
quod vere est, quod quidem non potest  
intelligi de veque de intellectu agente  
veque de intellectu possibili tantum,  
sed de utroque, quia de utroque  
supra dictum est, quod est separatus.  
Excludit quamdam objectionem 430a 24

Postq. Ph. determinavit de intel. Lectus XI  
lectu, hic determinat de operatione 430a 26ff  
intellectus.

Sicut Impedocles posuit, quod anim. 430a 29.  
citra componit multas partes et  
constituit ex eis unum animal, ita  
et avium multa incomplexa prius

separata componit et facit ex iis  
unum intellectum, in qua compositione  
quandoque est veritas quandoque  
falsitas. Veritas quidem, quando  
componit ea quae in re sunt unum,  
et composita; sicut cum compo-  
nit asymmetrum, hoc est incommensu-  
rabile, et diametrum, nam dia-  
meter quadrati est incommensu-  
rabilis lateri. Falsa autem  
compositus est, quando componit  
ea quae non sunt composita  
in rebus, sicut cum componit  
symmetrum diametris, dicens, quod  
diameter quadrati est symmetrus,  
id est commensurabilis lateri.

4306 3f.

Quia quaecumque contingit affirmare,  
contingit etiam negare, subiungit,  
quod omnia praedicta possunt per  
divisionem fieri. Potest enim  
intellectus omnia dividere et secun-  
dum praesens tempus et secundum  
praeteritum et secundum futurum,  
et vere, et false.

Determinat de utraque p[ar]te 430 b. 6  
 dictorum operationum; et primo  
 de ea, quae est intelligentiae indivi-  
 sibilem. (- 430 b. 6. 26). Haec pars  
 dividitur in tres, secundum quod indivi-  
 sibile dicitur tripliciter. A. Dicitur  
 aliquid unum continentate. Unde  
 et illud, quod est continuum  
 indivisibile dicitur, inquantum non  
 est divisum actu, licet sit divi-  
 sibile in potentia. . . . Potest  
 igitur intellectus intelligere unam tri-  
 plicem dupliciter. Uno modo secun-  
 dum quod est divisibilis in pote[n]tia,  
 et sic intelligit lineam unam  
 quando partem post partem, et sic  
 intelligit eam in tempore; alio  
 modo secundum quod est indivi-  
 sibilis in actu et sic intelligit eam  
 ut unum quid continentis ex multis  
 partibus, et sic intelligit eam simul.

Unde non est  
 dicere, quod intelli-  
 gatur secundum me-  
 dium utriusque  
 id est quod media pars  
 intelligatur in medio  
 temporis. Hoc enim  
 non est, nisi linea  
 divideretur in actu,  
 sed est divisibilis tem-  
 porum in potentia. Si  
 autem utrumque lineae  
 dividitur seorsum in-  
 telligat, tunc dividit  
 lineam in actu se-  
 cundum intellectum  
 Unde et tunc tern-  
 pus simul dividi-  
 tur sicut longi-  
 tudo. Si autem  
 intelligat lineam  
 sicut unum ex  
 duabus partibus  
 constituturam, etiam  
 intelligat in tempore  
 non dividit, sed seorsum  
 dum aliquid, quod est  
 in utroque partibus  
 temporis, sicut in  
 in tantis.

B. (430 b. 14) Dicitur alio modo unum  
 quando habet speciem unam, et sic

compositum ex partibus non con-  
tinuis, sicut homo, domus aut  
etiam exercitus; et huic respondit  
indivisibile secundum speciem.

C 430 b. 20. Videtur (b. 20) unum  
esse, quod est penitus indivisibile ut  
punctus et unitas. Dicit, quod  
punctus, quod est quoddam signum  
divisionis inter partes lineae, et  
occurrit, quod est divisio inter partes  
de continuo, sicut instans inter partes  
temporis, <sup>sydote</sup> monstratur <sup>s.</sup> est unum <sup>est</sup>  
status intellectus sicut privatus, id est  
per privationem continui et indivi-  
sibilis.

430 b. 26 Determinat de secunda intellectus  
operatione, quae est compositio et dicitur  
Lectio XIII. Postquam Th. determinavit de  
431 a 4. intellectu secundum se, hic deter-  
minat de intellectu per comparationem  
ad sensum

431 a 19 Et licet sensus exteriores sint plures,  
tamen ultimum, ad quod terminantur

permutationes horum sensuum,  
 est unum, quia est quasi quoe-  
 dam medietas una inter omnes  
 sensus. Et quamvis sit unum  
 subiecto illud medium omnium  
 sensuum, tamen esse ipsius est  
 plura, id est ratio ipsius diversi-  
 ficatur secundum quod ad diversos  
 sensus comparatur. Et hoc est, quo  
 discernit anima, in quo differet dulce  
 et calidum

A = album                      D = nigrum                      431 a 25  
 P = phantasia albi            S = phantasia nigri

Comparat cognitionem intellec- 431 6 10  
 tus practici et speculativi (in actione), (sine actione) 431 6 12

Intell. speculativus considerat aliqd. verum aut falsum esse in universalibus, quod est considerare simpliciter: intellectus autem practicus considerat aliqd. et applicans ad particu-  
 culare operabile, quia operatio in particularibus est.

Lectio XIII

Postquam Ph. determinavit 431 6 20.  
 de sensu et intellectu, vnde per  
 ea, quae de utroque dicta sunt,  
 ostendit, quid de natura animae  
 sit sentiendum.

Lectio XIV.  
432a 15. Postquam Phil. determinavit de partibus animae vegetativa, sensitiva et intellectiva, nunc quarto determinat de parte animae motiva.

Lectio XV.  
433a 9 Postquam Phil. procepit disputare sive ad inquirendum quid sit principium motus localis in animalibus, hinc determinat veritatem.

Lectio XVI.  
433b 24. Postquam phil. determinavit de principio motu secundum localem motum in communi et secundum se, nunc determinat de ipsis per comparationem ad diversa genera animalium.

434a 12. Appetitus superior, qui est sine deliberatione, vivit deliberationem, et movet hominem ab eo quod deliberavit. Aliquantum <sup>et converso</sup> appetitus movet appetitum, scilicet superior, qui est rationis deliberantis, eum qui est plantarum et animalium; sicut in corporibus caelestibus placere superior movet inferiores, quod accidit, cum aliquis continens fuerit.

Lectio XVII.  
434a 22 Postquam Phil. determinavit de singulis partibus animae

hic ostendit quomodo ad vicem ordinantur

sive quo (sensu tactu) nullus alius esse potest 434a 28-29

et per consequens neque aliquos animalis cuius ratio  
perficitur ex hoc, quod habet sensum.

Postquam Ph. ostendit, quod tactus de neces. Lectio XVIII

sitate inest omnibus animalibus, hic intendit ostendere, quod impossibile est corpus animalis esse simplex puta quod est igneum vel aereum, sicut Platonici posuerunt quaedam animalia esse aerea. -

0  
1